

Serie Generale 296

(ST) Anno Domini millesimo CC LXXII, indicione XV, in Taurino silicet in domo Iohannis Zuche, die martis tercio in madio. Presentibus testibus infrascriptis, Bertolotus de Piro de Monte Calerio, nuncius et ambaxator domini Laurencii Zacharenchi iudicis comunis Montis Calerii et sapientum consillii eiusdem loci, nomine dicti comunis ad infrascriptum negocium specialiter destinatus presentavit domino Petro de Brayda militi vichario in Taurino experte domini Hamedei de Agoto senescalchi excellentissimi domini regis Secilie in partibus Lonbardie quasdam litteras tenor quarum talis est.

Hamedeus de Agoto dominus Cerbani senescalcus regius in partibus Lonbardie viro nobili et prudenti domino Petro de Brayda militi vichario regio civitatis Taurinorum ac dilecto amico suo salutem cum dilectione sincera et super intellexissimus a iudice generali et ambaxatoribus dominorum comitum de Sabaudia conquerendo quod quidam cavalcatores et homines Taurinorum et etiam Yporeztie personaliter acceperunt aput Drosium quatuor homines de Monte Calerio et fillum cuiusdam habitatoris eiusdem loci, qui olim fuerat de Planetia, de Ripolis venientes et eos deduxerunt aput Taurino ibique eos detinent graviter captivatos cum duobus bobus et pluribus vacis et plurima alia roba eiusdem habitatoris quia super carro duci de Ripolis apud Monte Calerio faciebat; et propter ea Solomo acceperit predictos de Monte Calerio qui predictum eorum habitatore et res eius defendere conabantur una cum tam per instrumenta publica quam per testes nobis de habitatore predicti hominis olim de Planecia diu V° de Monte Calerio fecerunt plenam fidem, mandamus vobis rogando et iniungendo quos predictos homines universos cum bobus et vacis et rebus aliis supradicti habitatoris faciatis visis hiis habitis omni occasione prius posita liberaliter expediri. Vos de inceptis et omnes subiectos viros et cavalcatores ab ostenssionibus terre et hominum dominico primo madii. De qua presentantes predictarum literarum iamdictus Bartolomeus nomine predicto precepit mihi Willelmo notario infrascripto fieri publicum instrumentum.

Testes ibi fuerunt vocati et rogati dominus Mayfredus Piola, miles dicti domini predicti de Brayda, et Raymundus Grassus de Taurino.

Et ego Willelmo Longus sacri palatii notarius interfui et hanc cartam rogatus scripssi.